# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 36.
Pagine 1416-1439.

Dominica iv. post pascha.
Ebdomada iv. post pascha.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2010.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

# [Dominica quarta post pascha.]

1. 𝔄. ℂ Dominica 4. post pascha de S. Georgio inferius duplex. Ad 1. vesperas fiat solennis memoria de dominica et processio et fiat memoria de dominica et de resurrectione ad matutinas et ad 2. vesperas.

[*141r.*] Feria 2. de feria, cum ℟. de eadem feria et cum missa dominicali.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

2. 𝔄. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. 2. vespere erunt de apostolis [Philippo et Jacobo][1] et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria, et ℟. de 3. et 4. feriis pretermittantur.

3. 𝔄. ℂ Dominica 4. post pascha de S. Johanne Beverlaco episcopo et confessore omnia de communi. Ad 1. vesperas fiat memoria de apostolo [Johanne ante port. latin.],[2] de dominica et processio, ad matutinas fiat memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de feria cum ℟. de eadem feria cum missa dominicali.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

4. 𝔄. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica et processio.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

5. 𝔄. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica.

Feria 2. de feria cum missa dominicali.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de S. Augustino. Ad 1. vesperas fiat memoria de S. Aldelmo cum ant. *Lux perpétua.* major. [628].

1. 𝔅. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas que erunt de S. Georgio fiat solennis memoria de dominica et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur, ad processionem ante missam *Sedit ángelus.* cum ℣. Ista dominica carebit utrisque vesperis. Ad 2. vesperas fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 4. 6.[3] et sabbato de commemorationibus.

Feria 3.[4] de feria cum ℟. de 2. feria, cum missa dominicali.

2. 𝔅. ℂ Dominica 4. post pascha de apostolis [Philippo et Jacobo][5] et solennis memoria de dominica et processio. Ad 2. vesperas fiat solennis memoria de dominica et de

resurrectione.

Feria 2. 4. et 5. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria.

3. 𝕭. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica, ad 1. vesperas memoria de sancto Johanne [Beverlaco][6] et processio.

Feria 2. de feria cum ℟. de eadem feria cum missa domiuicali.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

4. 𝕭. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica.

Feria 2. et 6. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus.

5. 𝕭. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

1. 𝕮. ℂ Dominica 4. post pascha de S. Marco. Ad 1. vesperas fiat solennis memoria de dominica et processio ad matutinas et ad 2. vesperas solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

2. 𝕮. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas que erunt de apostolis [Philippo et Jacobo][7] : fiat solennis memoria de dominica et processio. Ad matutinas memoria de resurrectione. Ad 2. vesperas solennis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio],[8] de dominica, et processio, nulla fiat memoria de resurrectione.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.

3. 𝕮. ℂ Dominica 4. post pascha de servitio dominicali.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de feria cum ℟. de 2. feria cum missa dominicali.

4. 𝕮. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica.

Feria 2. et 5.[9] de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.

5. 𝕮. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus cum missa dominicali in capitulo in 2. feria.

1. 𝕯. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica, memoria de sancto [Alphego][10] et de resurrectione.

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus.

Feria 6. de feria cum ℟. de 2. feria, cum missa dominicali.

2. 𝕯. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas que erunt de S. Marco fiat solennis memoria de dominica et processio. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

3. 𝕯. ℂ Dominica 4. post pascha de cruce : et solennis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio],[11] de dominica et processio, nulla fiat memoria de resurrectione.

Feria 2. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.

4. 𝕯. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica, memoria de martyribus [Gordiano et Epimacho][12] et processio.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

5. 𝕯. Dominica 4. post pascha de dominica et processio.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 5. 6.[13] et sabbato de commemorationibus.

1. 𝕰. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas fiat processio.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de feria cum ℟. de 2. feria cum missa dominicali.

2. 𝕰. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas fiat processio.

Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.

3. 𝕰. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas que erunt de cruce fiat solennis memoria de dominica sed nulla processio.

Feria 2. de feria cum ℟. de eadem feria et cum missa dominicali.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

4. 𝕰. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas fiat processio.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. et 6. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis cum missa dominicali in 4. feria.

5. 𝕰. ℂ Dominica 4. post pascha de dominica. 2. vesperas erunt de S. Dunstano et

memoria de S. Potentiana, de dominica, et de resurrectione.

Feria 4. et 6. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis cum missa dominicali in 4. feria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

1. 𝔉. ℭ Dominica 4. post pascha de dominica et processio.

Feria 2. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria cum ℟. de 2. feria cum missa dominicali.

2. 𝔉. ℭ Dominica 4. post pascha de S. Vitale, memoria de dominica et processio. 3. ℟. ab uno solo cantetur.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de feria cum ℟. de 2. feria cum missa dominicali.

3. 𝔉. ℭ Dominica 4. post pascha de dominica et processio.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 6. feria.

4. 𝔉. ℭ Dominica 4. post pascha de dominica et memoria de martyribus [Nereo Achilleo et Pancratio][14] et processio.

Feria 2. 4. et 6. de feria cum ℟. de 2. 3. et 4. feriis et cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

5. 𝔉. ℭ Dominica 4. post pascha de S. Dunstano : memoria de S. Potentiana, de dominica, et processio. 3. ℟. ab uno solo cantetur.

Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

1. 𝔊. ℭ Dominica 4. post pascha de dominica. Ad 1. vesperas processio, ad matutinas memoria de resurrectione. 2. vespere erunt de S. Georgio et solennis memoria de dominica et resurrectione.

Feria 3. 5. et 6. de commemoratione et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.

2. 𝔊. ℭ Dominica 4. post pascha de dominica et processio.

Feria 2. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

3. 𝔊. ℭ Dominica 4. post pascha de sancto Johanne apostolo et memoria de dominica et processio.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria cum ℟. de 2. feria et cum missa dominicali.

4. 𝕲. ❡ Dominica 4. post pascha de dominica et processio.
Feria 2. et 4. de feria cum ℟. de 2. et 3. feriis et cum missa dominicali in 2. feria.
Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

5. 𝕲. ❡ Dominica 4. post pascha de dominica et processio.
Feria 2. de feria cum ℟. de eadem feria et cum missa dominicali.
Feria 3. 4. et 5. de commemorationibus.[15]

## ℂ *Dominica iiij.*

*Ad primas vesperas omnia fiant sicut in octavis pasche usque ad antiphonam super psalmum* Magníficat. *que erit.*

AS:259; 1519:242v; 1531:141r.[16]

3663. Ant. VIII.i.




*Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.*

DEus qui fidélium mentes unı́us éfficis voluntátis, da pópulis tuis id amáre quod précipis, id desideráre quod promíttis : ut inter mundánas varietátes, ibi nostra fixa sunt[17] corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum nostrum.

☙ *Processio fiat ut supra.* 1385. *In redeundo de sancta Maria dicatur una de supranotatis antiphonis per ordinem* [*scilicet* Beáta Dei génitrix.][18] 1287.

## ☙ *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi et* ℣. *ut supra in dominica ij. post pascha.* 1386.

[*Evangelium*][19] *Secundum Johannem, xvj.* (5-15.) [*Lectio j.*]



IN illo témpore, Dixit Jesus discípulis suis, Vado ad eum qui me misit : et nemo ex vobis intérrogat me quo vadis. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*
(6. *secundi libri.*)[20]

[*141v.*] SIcut ex lectióne Evangélica audívimus fratres charíssimi, Dóminus ac Redémptor noster, imminénte sue passiónis artículo, discípulis et glóriam ascensiónis qua ipse post mortem et resurrectiónem erat glorificándus : et advéntum Spiritussáncti quo illi erant illustrándi patefécit. Quátinus instánte hora passiónis ejúsdem minus pro illíus morte dolérent, quem post mortem sublimándum ad celum non dubitárent : minus de sua desolatióne trepidárent, qui abeúnte licet Dómino, Spiritussáncti grátia consolándos se esse sperárent.

AS:260; 1519:242v; 1531:141v.[21]

1. Resp. VIII.



SI oblí- tus * fú- e-ro tu- i al-le-lú- ya ob-li-vis- 7653.




*Lectio secunda.*

VAdo (inquit) ad eum qui me misit : et nemo ex vobis intérrogat me quo vadis. Acsi apérte dicat, Revértor ascendéndo ad eum qui me incarnári constítuit, et tanta tamque manifésta erit ejúsdem ascensiónis cláritas : ut némini vestrum opus sit interrogáre quo vadam, vidéntibus cunctis quia ad celos pergam. Bene autem cum de ascensióne sua dixísset, Vado ad eum qui me misit, áddidit, Et nemo ex vobis intérrogat me quo vadis. Supérius namque cum de sua passióne protestarétur dicens, Quo ego vado vos non potéstis veníre : interrogávit eum Petrus et ait, Dómine, quo vadis ? Responsúmque est ei, Quo ego vado non potes me modo sequi : séqueris autem póstea. Quia nimírum passiónis mortísque mystérium necdum intellígere, necdum póterant imitári : majestátem vero ascensiónis statim ut vidére, cognovérunt, totísque ánimi

votis ut sequi mereréntur optábant. | Tu.

AS:260; 1519:243r; 1531:141v.[22]

2. Resp. II. 7867.




7867a.

*Lectio tertia.*

Sed quia hec locútus sum vobis : tristícia implévit cor vestrum. Sciébat Dóminus ipse quid hec sua verba in discipulórum córdibus ágerent : quia vidélicet tristíciam magis de abscéssu suo quo eos deséreret, quam de ascénsu suo quo Patrem péteret, letíciam generárent. Unde benígne consolándo subjúngit, Sed ego veritátem dico vobis : éxpedit vobis ut ego vadam. Expedit ut forma servi vestris subtrahátur aspéctibus :

quátinus amor divinitátis, ártius vestris infigátur méntibus. Expedit ut notam vobis formam celo ínferam, quátinus majóre per hoc desidério illuc suspirétis : sicque suspénsis ad celéstia córdibus vestris, ad accipiénda Sancti Spíritus dona capáces fiátis.

℟. 3. Dum transísset. *ut supra in die pasche.* 1247.

## *Ad laudes.*

*Capitulum. Jacobi j.* (17.)

OMne datum óptimum et omne donum perféctum desúrsum est descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio.

*Hymnus.* Sermóne blando ángelus. 1333.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 1240.

AS:260; 1519:243v; 1531:141v.[23]

5306.




*Oratio.* Deus qui fidélium. 1422.

[*Si festum sancti Dunstani in hac dominica contigerit, tunc illa duo responsoria ad matutinas illo anno omnino pretermittantur.*][24]

# [*Ad primam.*]

*Ad j. dicatur per omnia ut in dominica octavarum pasche.* 1336.

# ℂ *Ad tertiam.*

*Capitulum.* Omne datum óptimum. 1425.

# ℂ *Ad sextam.*

*Capitulum. Jacobi j.* (19.)

SIt autem omnis homo velox ad audiéndum, tardus autem ad loquéndum : et tardus ad iram.

# ℂ *Ad ix.*

*Capitulum. Jacobi j.* (21.)

ABjiciéntes omnem immundítiam et abundántiam malície : in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum : quod potest salváre ánimas vestras.

# ℂ *Ad secundas vesperas.*

*Ant.* Allelúya. *iiij.* 1339.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. *et ceteri psalmi dominicales.*

*Capitulum.* Omne datum óptimum. 1425.

*Hymnus.* Ad cenam Agni próvidi. 1340.

℣. Mane nobíscum Dómine. 1324.

AS:261; 1519:243v; 1531:141v.[25]

Ant. VIII.i.




2607.



ut e-go va- dam : ni-si e-go a-bí- e-ro Pa-rácly-tus non



vé-ni- et al-le-lú-ya. *Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.* Deus qui fidélium. 1422.

*He sequentes antiphone dicantur per ebdomadam super psalmos* Benedíctus. *et* Magníficat. *cum repetitione earundem si necesse fuerit : quando de feria agitur.*

AS:261; 1519:243v; 1531:141v.[26]

1276. Ant. V.ii.



AD-huc * multa há-be-o vo-bis dí-ce-re sed non



po-téstis portá-re modo, cum autem vé-ne-rit il-le Spí-ri-tus



ve-ri-tá-tis : do-cé-bit vos omnem ve-ri-tá-tem al-le-lú-ya.



S.A.E.

AS:261; 1519:244r; 1531:141v.[27]

1990. Ant. VIII.i.



CUm au-tem * vé-ne-rit il-le Spí-ri-tus ve-ri- tá-tis




AS:261; 1519:244r; 1531:141v.

Ant. I.i. 3172.



# ℂ *Feria ij. ebdomade quarte.*

[*142r.*] *Incipiantur epistole canonicales si a festo vacaverit, sinautem tunc in proxima feria [subsequentur, incipiantur]*[28] *et legantur per totam ebdomadam in feriis quando de feria agitur.*

℣. Resurréxit Dóminus. 1242.

*Lectio j. Jacobi j.* (1.)

JAcóbus Dei et Dómini nostri Jesu Christi servus : duódecim tríbubus que sunt in dispersióne salútem. Omne gáudium existimáte fratres mei, cum in tentatiónes várias incidéritis : sciéntes quod probátio fídei vestre patiéntiam operátur. Patiéntia autem opus perféctum habet : ut sitis perfécti et intégri, in nullo deficiéntes. Si quis autem vestrum índiget sapiéntia : póstulet a Deo qui dat ómnibus affluénter et non impróperat, et dábitur ei. Póstulet autem in fide : nichil hésitans. Qui autem hésitat : símilis est flúctui maris qui a vento movétur et circunfértur. Non ergo éstimet homo ille : quod accípiat áliquid a Dómino. Vir duplex ánimo : incónstans est in ómnibus viis suis. Gloriétur autem frater húmilis in exaltatióne sua, dives autem in humilitáte sua : quóniam sicut flos feni transíbit. Exórtus est enim sol cum ardóre et arefécit fenum : et flos ejus décidit, et decor vultus ejus depériit. Ita et dives in itinéribus suis marcéscet. Tu autem Dómine.

AS:261; 1519:244r; 1531:142r.[29]

7194. 1. Resp. II.



NArrábo * nomen tuum frátribus meis



allelúya : in médio ecclésie. †Lau-



dá-bo te al-le-lú- ya al-le- lú- ya.



℣. Confi-té- bor ti-bi in ecclé-si- a mag-na : in 7194z.



pó- pu-lo gra- vi. †Laudá-bo.

*Lectio secunda.* (*Jacobi j.* 12.)

BEátus vir qui suffert tentatiónem : quóniam cum probátus fúerit accípiet corónam vite, quam repromísit Deus diligéntibus se. Nemo cum tentátur : dicat, quóniam a Deo tentátur. Deus enim intentátor malórum est. Ipse enim néminem tentat. Unusquísque vero tentátur a concupiscéntia sua : abstráctus et illéctus. Deínde concupiscéntia cum concéperit : parit peccátum. Peccátum cum consummátum fúerit : génerat mortem. Tu autem.

AS:262; 1519:244r; 1531:142r.[30]

2. Resp. IV.



IN to-to * corde me- o al- le-lú- ya exqui-sí- 6943.



vi te al-le-lú-ya. †Ne re-pél-las me a mandá-tis tu- is



al- le-lú- ya al- le- lú- ya. ℣. In corde me- 6943z.







*Lectio iij.* (*Jacobi j.* 16.)

NOlíte ítaque erráre fratres dilectíssimi. Omne datum óptimum et omne donum perféctum de sursum est descéndens a Patre lúminum : apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio.[31] Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis : ut simus inítium áliquod creatúre ejus. Scitis[32] fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum : tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. Ira enim viri : justíciam Dei non operátur. Tu.

AS:262; 1519:244v; 1531:142r.[33]

6901. 3. Resp. IV.







6901a.









℣. Glória Patri. 94*. ‡Allelúya.

# Feria tertia.

*Versus.* Surréxit Dóminus vere. 1253.

*Lectio prima.* (*Jacobi j.* 21.)

PRopter quod abjiciéntes omnem immundíciam et abundántiam malície : in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum quod potest salváre ánimas vestras. Estóte autem factóres verbi et non auditóres tantum : falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis sue in spéculo. Considerávit enim se et ábiit : et statim oblítus est qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in logo perfécte libertátis, et permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis : hic beátus in facto suo erit.

AS:262; 1519:244v; 1531:142r.[34]

1. Resp. VIII.




6972.






6872b.







*Lectio ij.* (*Jacobi j.* 26.)

SI quis autem putat se religiósum esse non refrénans linguam suam, sed sedúcens cor suum : hujus vana est relígio. Relígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem hec est : visitáre pupíllos et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc século.

AS:263; 1519:245r; 1531:142r.[35]

2. Resp. VIII.

6419.











℣. Qui das sa-lú-tem ré-gi-bus qui re-demís-ti Da-vid 6419a.



servum tu- um : de glá-di- o ma-lígno é- ri-pe



me. †In psal-té-ri- o.

*Lectio iij. Jacobi ij.* (i.)

FRatres mei nolíte in personárum acceptióne : habére fidem Dómini nostri Jesu Christi glórie. Etenim si introíerit in convéntum vestrum vir áureum ánulum habens in
[*142v.*] veste cándida : introíerit autem et pauper in sórdido hábitu, et intendátis in eum qui indútus est veste preclára, et dixéritis ei, Tu sede hic bene, páuperi autem dicátis, Tu sta illic, aut sede sub scabéllo pedum meórum : nonne judicátis apud vosmetípsos, et facti estis júdices cogitatiónum iniquárum ? Audíte fratres mei dilectissími. Nonne Deus elégit páuperes in hoc mundo, dívites autem in fide et herédes regni quod repromísit diligéntibus se ? Vos autem exhonorástis páuperem. Nonne dívites per poténtiam opprímunt vos : et ipsi trahunt vos ad judícia ? Nonne ipsi blasphémant bonum nomen quod invocátum est super vos ? Tu autem Dómine.

AS:263; 1519:245r; 1531:142v.[36]

3. Resp. I. 6069.



AL-le-lú-ya * audí-vimus e- am in Effra-ta :




℣. Glória. 93*. ‡Allelúya.

## Feria quarta.

℣. Resurréxit Dóminus. 1242.

*Lectio prima.* (*Jacobi ij.* 8.)

SI tamen legem perfícitis regálem secúndum scriptúras, díliges próximum tuum sicut teípsum : bene fácitis. Si autem persónas accípitis : peccátum operámini redargúti a lege tanquam

transgressóres. Qui autem totam legem serváverit, offéndat autem in uno : factus est ómnium reus. Qui enim dixit non mecháberis : dixit et non occídes. Quod si non mechá-beris, occídas autem : factus es transgréssor legis. Sic loquímini et sic fácite : sicut per legem libertátis incipiéntes judicári. Judícium enim sine misericórdia : illi qui non facit misericórdiam. Superexáltat autem misericórdia judícium.

AS:264; 1519:245v; 1531:142v.[37]

1. Resp. I. 6403.




6403a.




*Lectio secunda.* (*Jacobi ij.* 14.)

QUid próderit fratres mei si fidem quis dicat se habére, ópera autem non hábeat ? Nunquid fides póterit salváre eum ? Si autem frater aut soror nudi sint et indígeant victu quotidiáno, dicat autem áliquis de vobis illis, Ite in pace calefacímini et saturámini, non dedéritis autem eis que necessária sunt córpori, quid próderit ? Sic et fides si non hábeat ópera : mórtua est in semetípsa.

AS:264; 1519:246r; 1531:142v.[38]

2. Resp. II.

6268.




6268a.




*Lectio iij.* (*Jacobi ij.* 18.)

SEd dicet quis, Tu fidem habes : et ego ópera hábeo. Osténde michi fidem tuam sine opéribus : et ego osténdam tibi ex opéribus fidem meam. Tu credis quóniam unus est Deus : benefácis. Et demónes credunt : et contremíscunt. Vis autem scire o homo inánis, quia fides sine opéribus ociósa est ? Abraham pater noster nonne ex opéribus justificátus est, ófferens filium suum Ysaac super altáre ? Vides ergo quóniam fides cooperabátur opéribus illíus, et ex opéribus fides consummáta est, et

suppléta est scriptúra dicens, Crédidit Abraham Deo, et reputátum est illi ad justíciam : et amícus Dei appellátus est. Vidétis quóniam ex opéribus homo justificátur : et non ex fide tantum. Simíliter autem et Raab méretrix, nonne ex opéribus justificáta est, suscípiens núncios et per áliam viam eos ejíciens ? Sicut enim corpus sine spíritu emórtuum est : ita et fides sine opéribus mórtua est.

AS:264; 1519:246r; 1531:142v.[39]

3. Resp. VII.




6256.

6256a.

℣. Glória. 95*. ‡Allelúya.

*Feria v. et vj. dicantur ℣. et ℟. per [predictum]* [40] *ordinem versiculorum et responsoriorum.*

*Si aliquod festum in aliqua predictarum feriarum contigerit unde debeat fieri servitium : deinceps non servetur ordo feriarum in versiculis et responsoriis cantandis in feriis sequentibus sed servetur ordo versiculorum et responsoriorum. Ita videlicet quod si in hac*

*ebdomada quattuor vel quinque ferie non vacaverint, responsorium* Dicant nunc. *in ebdomadam sequentem differatur.* [*Require hoc* ℟. *in vigilia ascensionis Domini.*][41]
1459.

## Notes, pages 1416-1439.

[1] SB:dccccxvii.
[2] SB:dccccxvii.
[3] 'iii. iv.' 1525-6. [SB:dccccxviii.]
[4] 'vi.' 1525-6. [SB:dccccxvii.]
[5] SB:dccccxvii.
[6] SB:dccccxvii.
[7] SB:dccccxix.
[8] SB:dccccxix.
[9] 'iv.' 1525-6. [SB:dccccxix.]
[10] SB:dccccxix.
[11] SB:dccccxix.
[12] SB:dccccxix.
[13] 'Fe. 5. 9.' *Chevallon.* [SB:dccccxxi.]
[14] SB:dccccxxi.
[15] 'commemoratione.' *Chevallon.* [SB:dccccxxiii.]
[16] In AS:259. 'adorábunt' is set F.GA.A.GAGF. 1531:141r has 'quia tu solus pius'.
[17] SB:dccccxxiv. ammends this to 'sint' with the following note: 'sunt' *Chevallon.,* in exemplari Bibl. Coll. Exon. per rasuram emendatum. 1519:242v. agrees with 1531.
[18] 1519:242v.
[19] 1519:242v.
[20] *Bede* Homilie Estivales de Tempore, *Opera* VII. 18. [SB:dccccxxv.]
[21] 1519:242v. and PEN:111v. have no flat at the first 'allelúya'. In BL-52359:169r. the first 'allelúya' is set G.F.ABAA.G.
[22] In BL-52359:169r. the text of the third 'allelúya' is missing.
[23] In BL-52359:169v. 'vestrum' is ste F.EF.
[24] 1519:243v.
[25] 1531:141v has 'dico expedit vobis'.
[26] 1519:243v. and BL-52359:169v. have no flat at 'dícere'.
[27] In AS:261. 'omnem veritátem' is set C.CA C.C.B.B. In BL-52359:169v. 'veritátis' is set GA.A.G.G; 'veritátem' is set C.C.B.B.
[28] 1519:244r.
[29] AS has a different form to the opening of the reprise:




In BL-52359:170r. 'meis' is set DFGFEFGFG.GF; the final 'allelúya' is set CD.CD.DEFEF.ED. In PEN:112v. the second neume of 'tuum' is missing.

[30] In AS:262. 'peccem' is set G.AGF. In BL-52359:170r. 'exquisívi te allelúya' and its music are missing.
[31] 'abumbratio' Chevallonius in libris quibusdam, scilicet apud Coll. D. Johannis Cantab, et Coll. Exoniense Oxon. Exemplar tamen in Bibliothea Academica Cantabrigiensi conseruatum textum hic (sicut et ad p. dccclxxxvii. 4. E.), ex opera fortasse ipsius typographi, habet emendatiorem. [SB:dccccxxix.]
[32] ' Sitis' *Chevallon.* [SB:dccccxxix.]

[33] In BL-170r. the first 'allelúya' is set GAg.AG.GEFEEd.ED--this is in fact the music of the second 'allelúya'. PEN"113r. has no flats.
[34] In BL-52359:170v. 'Quómodo' appears to be set CDC.CA.BDB; 'terra' is set A.G.
[35] In 1519:245r. and BL-52359:170v. and PEN:113r. 'tibi' is set CBCAC.C. In BL-52359:170v. the second 'allelúya' is set AF.G.AC.CBCBAG.
[36] 1519:245r. has no flat in the ℣. In BL-52359:171r. the first 'eam' is set AG.GA; this may be an error in copying, duplicating the second 'eam'; 'Introíbimus' is set ABCBG.A.ADCDE.DEDCD.CDCA; 'ejus' is set DCDFED.DCDED; 'adorábimus in loco' is set C.DED.E.CDEDCD.CDCA F F.FGB♭AG; the final 'allelúya' is set FGAg.AGFG.GBCAB.AG; no flat appears in the verse. In PEN:113v. 'Effrata' is set GA.A.AGFEFGGF; the secoind 'eam' is set Ag.GAGFGGF; this may be an error in copying, duplicating the first 'eam'; 'ejus' is set DCDEFEFE.ED.
[37] 1519:245v. has no flat at 'testimónia tua allelúya'; in the ℣. 'tua' is set A.A. BL-52359:171r. has 'quia ipsum'; 'quia' is set D.DA; the first 'allelúya' is set ABb.GA.ABCBAB.BA. In PEN:113v. 'mandatórum' is set F.AG.A.G; there are no flats at the second 'allelúya'.
[38] In 1519:246r. the second 'allelúya' is set C.DFeFEFGAFEF.DED.D. However, the liquescent 'e' suggests that the second syllable should begin at the fifth note. In AS:264. 'Cantáte' is set D.FE.F. In PEN:113v. the final 'allelúya' is set DF.FEFGAFEF.DED.D.
[39] BL-52359:171v. omits the first 'allelúya' and its music. In PEN:113v. 'Dómino' is set DEDE.EFGF.EDE.
[40] 1519:246r.
[41] 1519:246r.